Lion Corso, del strenuo Piero Corso.
Hironimo Corso contestabile de rispeto.
Federico de Urbino, del strenuo Babino di Brisigela.
Janello da la Preda, del strenuo Hironimo da la Lama.

344 *Exemplum.*

MDXIII, die 16 Augusti, in Maiori Consilio.

Conditæ fuerunt per majores nostros diversæ leges, tam pro regulatione consiliorum, quam pro expeditione causarum: et quia in civilibus multi ordines reperiuntur, in criminalibus autem, quæ sunt maximi ponderis cum de vita hominum agatur, est nonnullis merito providendum, et juxta formam legum non autem casuum vel depravatæ consuetudinis, judicia fieri possint cum honore Status nostri et universali satisfactione :

Vadit pars, quod salvis legibus infrascriptis captis in hoc Consilio, prima sub die XI Decembris 1291, ponatur una, vel plures partes, et in qua decretum est quod capto de perdendo in causis criminalibus illo Consilio casus propositus diffiniatur, et si non sinceræ fuerint minor pars non debeant computari; secunda capta in eodem Consilio, sub die ultimo Martii 1366, qua statutum est, quod capto de perdendo omnes qui possunt teneantur ponere partem, in reliquis autem, quibus per leges adhuc non est ex toto provisum, modus infrascriptus debeat observari, ut quilibet rite et sincere possit iudicare, videlicet : quod facta introductione tam ad Consilium de quadraginta, quam ad alia Consilia de aliqua causa criminali per advocatores vel syndicos, postquam captum fuerit de procedendo, et quilibet qui potest, proposuerit partem iuxta conscientiam suam et ex legum dispositionem, ipse omnes partes propositæ debeant, sicuti etiam fit de præsenti, uno et eodem tempore ballotari, et si quo ex eis exegerit majorem parte Consilii intelligatur, et sit capta prout conveniens est; si vero non exegerit maiorem partem ut supra et ipsæ partes fuerint plures duarum, servari debeat hic hordo, quod videlicet illa ex eis quæ habuerit minorem numerum ballotarum stridetur, quod non debet amplius ballotari et deponatur usquequo ad numerum tantum duarum partium deveniatur, quæ reliquas numero ballotarum superabunt. Cum autem eo ventum fuerit, quod tantum duæ partes supersint, debeant ambæ partes cum non sincero ballotari; et si non sinceræ fuerint minorum numerus ballotarum, quod ipsæ partes prout lex disponit non computentur, et publicetur capta ea pars quæ plures ballotas de sic exegerint. Verum, si dictæ partes duæ venirent in præfacta ballotatione ad
tot, debeant etiam ex tribus vicibus reballotari, et si 344*
Consilium perstiterit in opinione sic, quod una ex eis superet alteram in numero ballotarum... sic tunc sit in facultate ponentium partes ipsas mutandi ad suum libitum.

Si vero partes propositæ fuerint duæ tantum, debeant eodem tempore ballotari, ut superius dictum est, et si in prima ballotatione una ex eis habuerit majorem partem Consilii, publicetur capta; si vero nulla ex eis habuerit maiorem partem Consilii, et tamen ipsæ duæ partes fuerint maior numerus quam non sinceræ, debeat reballotari, et illa quæ habuerit plures ballotas de sic, in ea secunda ballotatione publicetur capta.

Verum, si non sinceræ in utroque casu fuerint maior numerus totius Consilii, et consequenter ex forma legum nil captum erit, sit in facultate ponentium partes ipsas mutandi ad suum beneplacitum, sicuti de præsenti fit, servatis in cæteris modis et ordinibus antedictis, sed deponatur, et ballotentur aliæ ballotis superiores, et sic successive deveniatur ad secundam ballotationem et ad tertiam et quartam si tot partes fuerint, et semper ea pars quæ habuerit minorem numerum ballotarum stridetur non posse amplius ballotari.

Eadem die.

Fo deliberado, zà molti anni a bon fine, però che a le cause di breviarii si havesseno a deputar i zorni de li sabbati la provisione, causa principalmente perchè i mazori nostri judicavano che le potesseno *omnino* prender fine in un zorno, altramente essa deliberation seria damnosa a tuti et haveria parturido uno altro pezor effetto che le altre cause seriano stà impedite, et esse elevation di breviarii per causa del tempo posto de mezo mai *cum* fondamento seriano sta terminate; et *dæmum* ne è una altro mazor incoveniente, che se una causa el venere ha el primo Conseglio over secundo, la non si pò deffinir el sequente zorno et vien proctrata in longo con consequente desordine et notabel damno di litiganti; però, essendo necessario proveder a l'univer-
sal beneficio et commodo : 345

L'anderà parte, che per auctorità de questo Conseglio, la parte de dar el sabato a la expedition